et nescio v̄tū q̄grus verbis a me s̄ de
p̄mpt⁹ et sculpt⁹ q̄e idō nō eiaat foras****

q̄ veit ad illū: q̄a nō veit facē volūtatem
suā. s̄ volūtate eius q̄ misit illū. *H̄ ē at
volūtate ei⁹ inq̄t q̄ misit me p̄is: ut oē
qd dedit m̄ nō p̄dā ex eo. Ipse illi datus
ē. q̄ seruat hūilitatē hoc accipit. Qui non
seruat hūilitatē: loge ē a mḡro hūilita
tis. *Et om̄e qd dedit m̄ nō p̄dā ex eo. Sic
nō ē volūtate i ḡsp̄i p̄is v̄i: ut peat v
nus de pusillis istis. De tuncub⁹ p̄t p̄te:
de pusillis nichil perit. q̄a nisi fueris sic
pusillus iste nō itrabitis i regnū celozū.
Om̄e qd dedit m̄ p̄ nō p̄dā ex eo: s̄ refu
satabo illud i nouissio die. *Om̄e qd dedit
m̄ p̄ nō p̄dā ex eo: s̄ refusatābo illud i no
uissio die. Videte q̄admodū et h̄ geminā
illā resurrāone delimet. Qui veit ad me.
mō resurgit hūil fāis i mēbris meis: s̄
et refusatābo illū i nouissio die s̄bz car
nē. Hec ē em̄ volūtate p̄is mei q̄ misit
me. ut oīs q̄ videt filiū et credit i eū ha
beat vitā etnā: et refusatābo eū i nouissi
mo die. *Supius dixit q̄ audit v̄bū meū
et credit ei q̄ misit me. mō at q̄ videt fili
um et credit i eū. Nō dixit videt filiū:
et credit i p̄ez. *Hoc ē em̄ crede i filiū:
qd et i p̄ez. *Ea sicut hz p̄ vitā i se
metip̄o: sic et filio dedit h̄z vitā i se
metip̄o. ut om̄s q̄ videt filiū et cred⁹ in
eū heat vitā etnā: crededo t̄ itraseūdo
ad vitā tāqz p̄ma illa resurrāone. Et q̄a
nō est sola: et refusatābo eū ego inq̄t i
nouissio die. *Explic⁹ s̄. xxv. *Incap⁹ xxvi.
ab eo qd s̄ptū est murmurābat ḡ iudei
et dicebat: nōne h̄ ē ih̄s fili⁹ ioseph usqz
ad id qd ait. q̄ māducat hūc panē viuet
in eternum.********

Qui dñs n̄ ih̄s x̄ps sicut
i ewā. cū legentur audiatu
panē se eē dixisset q̄ de
celo descendit: murmurā
uerūt iudei et dixerūt.
Nōne h̄ ē fili⁹ ioseph. au⁹
nos nouim⁹ p̄ez et m̄ez: Quō ḡ dicit
hic. q̄a de celo descendi: Isti a pane teli
logē erat: nec eū esurie nouerūt. faures
cordis lāgtudas hebāt: aurib⁹ aptis surdi
erat. Videbāt et cea stabāt. Panis ap̄te iste:
m̄ozis hoīs q̄t̄ esurie. Dñ alio loco dicit.
Dñ q̄ esuriūt et sitiūt iusticiā: qm̄ ipi
saturabūt. Iusticiā vō nobis eē x̄pm̄ pau
lus ap̄ls dicit: ac p̄ hoc q̄ esurit hūc pa
nē. esuriat iusticiā. s̄ iusticiā q̄ de celo

descendit: iusticiā quā dat deus. nō quā sibi
 facit hō. Si enī sibi nullā faceret iusticiā hō:
 nō diceret idē ap̄ls de iudeis. Ignorātes eī
 iusticiā dei et suā volētes cōstituere: iusti
 tie dei nō sūt sibiecti. Inde erat isti q̄ panē
 de celo descendente nō intelligebat: q̄a sua
 iusticia saturati. iusticia dei nō esuriebāt.
 Quid ē hoc iusticia dei: et iusticia hōis?
 Iusticia dei hic dicitur nō quā iustus ē deus. sed
 quā hōi dat deus: ut iustus sit hō p̄ deum.
 Que aut̄ illoz erat iusticia: Eīm de suis vi
 ribus p̄sumebat: et q̄i impletōres legis seip̄os
 ex sua v̄tute dicebat. Nemo aut̄ implet legē
 nisi q̄ adiuuerit gr̄a: idē p̄cis q̄ de celo
 descendit. Legis enī plenitudo cōpendio ut
 ait ap̄ls caritas ē. Caritas nō nūmī s̄ dei.
 Caritas nō celi nō terre: s̄ eius q̄ fecit
 celū et terrā. V̄n̄ ista caritas hōis: Ip̄m au
 diamus. Caritas inq̄t dei diffusa ē ī cordi
 bus nr̄is: p̄ sp̄m s̄m q̄ dat̄ ē nobis.
 Daturus ē sp̄m s̄m: dixit se panē q̄ de
 celo descendit. hortas ut credam̄ ī eum.
 Crede enī ī eū: hoc ē māducatē panē vi
 uū. Cui credit māducat: iuisibile sagi
 natū. q̄a iuisibile renascit. Infans ius
 ē. nouus ius ē. V̄bi nouellat̄ ibi facia
 tur. Quid ḡo talib̄ m̄m̄t̄ib̄ r̄ndit ihs:
 Nolite murmurare ad iuicē. Cūq̄ dicens.
 V̄cio q̄re nō esuratis: et istū panē nō in
 telligatis neq̄ q̄ratis. Nolite murmurare
 ad iuicē. Nemo p̄t uenire ad me. n̄ p̄r qui
 misit me attraxerit eū. Magna gr̄e cō
 medatio. Nemo uenit nisi tractus. Quē tra
 hat et q̄ nō trahat: q̄re illū trahat et illū
 nō trahat. noli uelle iudicāre: si nō uis er
 rare. Demel accipe et intellige. Rōndū tra
 hetis: ora ut trahāis. Quid hic dicitur fr̄es.
 Si trahimur ad xpm̄ ḡo iuicē credim̄: ḡo
 uolētia adhibetur. nō uolūtas exatatur.
 Intraē q̄sq̄ etiāz p̄t nolēs: accede ad al
 tare p̄t nolēs. accipe sac̄m p̄t nolēs: ac
 de nō p̄t nisi uolens. Si corpe credit: si
 eret ī nolētib̄. Q̄z nō corpe credit: audi
 ap̄lm̄. Corde eī credit ad iusticiā. Et quid
 legit: Ore aut̄ cōfessio fit ad salutē. De
 radice cordis surgit ista cōfessio. Aliquā au
 dis cōfitemē: et nefas credentē. S̄z nec
 debes uocāre cōfitemē: q̄ iudicis nō cre
 dentē. Hoc ē enī cōfiteri: dicē qd̄ habes
 ī corde. Si aut̄ aliud ī corde hēs aliud di
 cis: loq̄ris nō cōfitemis. Cū ḡo in xpm̄
 corde credatur qd̄ nemo uic̄q̄ facit iuicē:
 q̄ aut̄ trahit̄ tāq̄ iuicē cogi uidetur. quō

istā solum questionē: nemo uenit ad me
 nisi p̄r q̄ misit me traxerit eū: Si trahit̄
 aut̄ aliq̄s: iuicē uenit. Si iuicē uenit: non
 credit. Si nō credit: n̄ uenit. Nō ē ad xpm̄
 abulando currim̄: s̄ credendo. Nec motu
 corporis: s̄ uolūtate cordis accedim̄. Ideo
 mulier illa q̄ s̄mbria tetigit: magis teti
 git q̄ turba q̄ pressit. Ido dñs dicit. Quis
 me tetigit: Et mirantes discipuli dixerūt:
 Turbe te cōprimūt: et dicit q̄s me tetigit:
 Et ille repetiuit. Tetigit me aliq̄s. Illa tā
 git: turba p̄mit. Quid ē tetigit: nisi ce
 dit: V̄n̄ et mulieri illi p̄r resurrectionē dix
 it. uolenti se mitte ad pedes ei⁹. Noli me
 tāgere: nōdū ēi ascēdi ad p̄m̄. Tibi nō
 ascēdi: nā in nūq̄ recessi. In tra nō tā
 gebat stante: quō tāget ad p̄m̄ ascen
 dente: Dicit tñ sic se tāgi uoluit: sic tāgi
 tur ab eis a quib̄ v̄n̄ tāgit. ascēdēs ad
 p̄m̄ manēs cū p̄r equal p̄r. Inde t̄ hic
 si aduertis nemo uenit ad me. nisi q̄ p̄r
 attraxerit. Nolite cogitare iuicē trahi: nō
 lite cogitare iuicē trahim̄ ad amorē.
 Nec timē debe⁹ ne ab hōib̄ q̄ uia p̄m̄
 dūt: et a rebus maxie d̄nis intelligēdis
 loge remoti sūt. ī hoc scripturaz sc̄az ewā
 gelico uō for̄suan deprehendimur: et di
 catur nobis. Quō uolūtate credo si trahor:
 Ego dico p̄m̄ ē uolūtate ire: etiā uolupta
 te trahēis. Quid ē trahi uoluptate: Delat̄
 te ī dño: et dabit tibi p̄titiōes cordis tu.
 Est qd̄a uoluptas cordis: cui panis dicitur
 cū ē ille celestis. Porro si poete dicitur
 trahit sua queq̄ uoluptas. nō nātās
 s̄ uoluptas. nō obligatio s̄ delat̄io: q̄to
 for̄z nos dicit dēn̄ trahi hōiez ad xpm̄.
 q̄ delat̄ur ueritate: delat̄ur b̄titudie. delat̄
 tur iusticia: delat̄ur sep̄terna uita. qd̄
 totū xps̄ ē. An uō h̄nt corpus sens̄ uolup
 tates suas: et aīm̄ deserit a uoluptatib̄
 suis: Si aīm̄ nō h̄z uoluptates suas uic̄q̄
 dicit: filij aut̄ hōim̄ ī regnūe alarū uic̄q̄
 sp̄abūt. iebriabūt ab uberrate domus
 tue: et torrente uoluptatis tue potabis
 eos. qm̄ apud te ē fons uite: et ī lumē
 tuo uidebim̄ lumē: Da amantē: et ser
 uat qd̄ dico. Da desiderantē. da seruente:
 da ī ista solitudine p̄grinatē atq̄ suācē.
 et fontē etne p̄rie suspiratē. da talē et
 fat qd̄ dicit. Si aut̄ frigidus loquor qd̄ loq̄r.
 Tales erāt isti q̄ iuicē nōm̄m̄cabāt. Pater
 iquit q̄ traxerit uenit ad me. Quid ē aut̄ pater
 quē traxerit: Ip̄e xps̄ trahit. Quāc̄ uoluit

dicit que traxit patrem: **S**i trahendi sumus ab illo
 trahamur: cui dicit quodam qui diligit. **P**ost odorem
 ungentorum tuorum curramus. **S**ed quid intelligi
 voluit aditum fratres: et quomodo possimus capiamus.
Trahit patrem ad filium eos qui propterea credunt in
 filium: quia eum cogitant patrem habere deum. **D**eus enim
 patrem equalem sibi genuit filium: ut qui cogitant
 atque in fide sua sentit et tumiat. equalem esse
 patrem eum in quo credidit: ipsum trahit patrem ad filium.
Arrius credidit creaturam: non eum traxit patrem.
 quia non considerat patrem: qui non filium credidit
 equalem. **E**d dicitur o arrius: **E**d heretice loquuntur
 nos: **E**d est christus: **N**on inquit deus verus: sed
 qui fecit deus verus. **N**on te traxit patrem: non
 enim intellexit patrem autem filium negas. **A**liud
 cogitas: non est ipse filius. **N**ec a patre trahens:
 non ad filium traheris. **A**liud est enim filius: aliud
 quod tu dicitur. **S**otinus dixit. **N**on solum est christus:
 non est et deus. **Q**ui sic credit: non patrem eum traxit
 it. **Q**uare patrem traxit: tu es inquit christus filius
 dei vivi. **N**on sicut propheta non sicut iohannes: non
 sicut alius magnus iustus. **S**icut enim unicus sicut enim
 filius. **T**u es christus filius dei vivi. **V**ide quia trahit
 tuus est et a patre tractus est. **S**icut enim symon
 bariona: quia non tibi revelavit caro et san-
 guis. **S**ed patrem meum qui in celis est. **I**sta revelatio
 ipsa est attractio. **R**amum viridem ostendit omni:
 et trahit illam. **R**uces puero demonstrantur
 et trahit. **E**t quia quo currit trahit amando
 trahit. **S**icut enim lesio corporis trahit: cordis
 vinculo trahit. **S**i ergo ista qui in deliciis
 voluptatesque terrenas revelatur amantibus
 trahit: quomodo unum est trahit sua quae voluptas.
 non trahit christus revelatus a patre: **E**d enim foras
 desiderat anima qui veritate: **Q**uo audas fauces
 habere debet unum optare ut sanum sit itus pala-
 tum vera iudicandi: nisi ut manducet et bibat
 sapientiam iustitiam veritatem eternitatem: **V**bi autem habet
 nisi melius: verus ibi plenus ibi. **N**am si sanus
 lusus possit esurire hoc si bona spe habemus
 qui faciat. **S**icut enim inquit qui esurunt et sitiunt
 iustitia hic. quomodo ipsi saturabunt: **S**ed ibi. **I**dem
 cum dixisset nemo venit ad me nisi patrem qui mu-
 sit me traxerit eum: quod sciat. **E**t ego refu-
 atabo eum in novissimo die. **R**eddo illi quod amat:
 reddo quod sperat. videbit quod adhuc non vide-
 do credidit: manducabit quod esurit. **S**atura-
 bit eo quod sitiunt. **V**bi: **I**n resurrectione mor-
 tuorum: quia ego refu- atabo eum in novissimo die.
Sicut enim in prophetis. **E**t erunt omnes doabiles di-
 Quare hoc dixit o iudei: **P**ater vos non do-
 aut: quomodo me potestis agnoscere: **O**mnis regnu-
 illius homines doabiles dei erunt: non ab hominibus

audiet. **E**t si ab hominibus audiat: tamen quod intelli-
 gitur itus datur. itus chorustat. itus reve-
 latur. **E**d faciunt homines foras eius annuncian-
 tes: **E**d facio ego modo cum loquor. **S**trepitum
 verborum ungero auribus vestris. **N**isi ergo revelet
 ille qui in me est. quod dico aut quod loquor: **E**re-
 rior auctor arboris: interior est creator. **Q**ui
 plantat et rigat extrinsecus operatur: hoc fa-
 cimus nos. **S**ed neque qui plantat est aliquid neque
 qui rigat: **S**ed qui iumentum dat deus. **H**oc est erunt
 omnes doabiles dei. **Q**ui omnes: **O**mnis qui
 audiat a patre et didicit venit ad me. **V**idete
 quomodo trahit patrem. **D**ocendo delatatur: non natu-
 rale imponedo. **E**re quomodo trahit: erunt omnes
 doabiles dei. **T**rahe dei est. **O**mnis qui audi-
 uit a patre et didicit venit ad me. **T**rahere
 dei est. **E**d igitur fratres: **S**i omnes qui audiat
 a patre et didicit venit ad patrem: **C**hristus nichil
 hic docuit. **E**d quod patrem magnum homines non
 viderunt: **F**ilium viderunt: **F**ilius dicebat: **S**ed
 patrem docebat. **E**go cum homo sum quem doceo fratres
 nisi eum qui audit verbum meum: **S**i ego cum homo
 sum illum doceo qui audit verbum meum: illum et do-
 cet patrem qui audit verbum eius. **S**i illum docet
 patrem qui audit verbum eius: quare quod sit christus. et
 invenies verbum eius. **I**n principio erat verbum. non
 in principio fecit deus verbum quomodo in principio
 fecit deus celum et terram. **E**re quia non est creatura.
Disce trahi ad filium a patre. **D**ocebat te patrem:
 audi verbum eius. **E**d verbum eius inquit audio:
In principio erat verbum. **N**on solum est **S**ed erat. **E**t
 verbum erat apud deum: et deus erat verbum. **Q**uo
 homines in carne constituta: **A**udiat tale verbum:
Era verbum caro factum est. et habitavit in nobis.
Expovit hoc et ipse: et ostendit nobis quod dixe-
 rit. **Q**ui audiat a patre et didicit venit
 ad me. **C**onatus est subiecit quod cogitare
 possim. **N**on quia patrem vidit quomodo nisi
 is qui est a deo: hic vidit patrem. **E**d est quod ait:
Ego vidi patrem vos non vidistis patrem:
 et tamen non ad me venitis. nisi trahamini a
 patre: **E**d est autem vos trahi a patre: nisi
 discite a patre: **E**d est discite a patre: **N**isi au-
 dicit a patre: **E**d est audire a patre: **N**isi
 audire verbum patris id est me: **N**ec forte ergo cum
 dico vobis omnes qui audiat a patre et didi-
 cit: **D**icatis apud vos **S**ed nunquam vidimus pa-
 trem. quomodo discite potuimus a patre: a me ipso au-
 dite. **N**on quia patrem vidit quomodo nisi: **S**ed qui est a deo
 hic vidit patrem. **E**go novi patrem: ab illo
 factum. **S**ed quomodo verbum ab illo cum est verbum: non
 quod sonat et transit. **S**ed quod manet cum dicente.
 et trahit audientem. **A**mmoneat quod sequitur

Amen amē dico vobis: q̄ credit ī me habet
vitā eternā. Reuelare se voluit qd̄ esset: nā
cōpendio dicē potuit: q̄ credit ī me h̄z
me. Ip̄e enī xp̄s verus deus est. et vita e
terna. Qui ḡ credit ī me inq̄t ut ī me.
et qui ut ī me h̄z vitā eternā. Qd̄ ē at
h̄z me: h̄z vitā etnā. Vita etna mor
tē assūpsit: vita etna mori voluit. sed
de tuo nō de suo. Accepit a te ubi morē
tur p̄ te. Ab hoībz ei carnē assūpsit: s̄
nō morē hoīm. Nā p̄m h̄ns ī celo m̄ez
elegit ī terra: et illic nat̄ sine m̄e. et
hic sine p̄e. Assūpsit ḡ vita mortē: ut
vita oīdet mortē. Nā q̄ ī me credit in
quit h̄z vitā etnā: nō qd̄ patet s̄ qd̄ la
tet. Vita ei etna v̄bū in p̄ncipio erat
apud deū: et de eā v̄. et vita erat
lux hoīm. Ip̄e vita etna: dedit t̄ carni
suscepte vitā etnā. Mori vēit: s̄ die
tercio resurrexit. Inter v̄bū suscipies t̄
carnē resurgētē: mors media cōsūpta
est. Ego inquit sū panis vite. Et v̄n
illi sup̄biebāt: p̄es v̄n inq̄t māduca
uerūt māna et mortui sūt. Qd̄ ē v̄n
sup̄bius: māducauerūt māna t̄ mor
tui sūt. Quāe māducauerūt t̄ mortui
sūt: Quā qd̄ videbāt credebāt: qd̄ nō
videbāt nō itelligebāt. idō p̄es v̄n q̄a
siles estis illoz: et īfidelīū filioz īfide
les p̄es. Nā q̄tū p̄net fr̄es mei ad
mortē istā visibilem t̄ corpale nūq̄d
nos nō morimur: q̄ māduca⁹ panē de
celo descendētē: Sic sūt mortui t̄ illi
quāmodū nos sum⁹ morturi: q̄tū atti
net ut dixi ad mortē hui⁹ corpis visi
bile atqz carle. Q̄tū at p̄net ad illā
mortē de q̄ terret d̄ns qua mortui sūt
p̄es istorū: māducauit māna t̄ moy
ses. māducauit māna et aaron. mādu
cauit māna et finees. māducauerūt ibi
m̄lti q̄ d̄no placuerūt: et mortui nō sūt.
Quare: Quā visibile abū spūale itel
lexerūt: spūale esurierūt. spūale gus
tauerūt: ut spūale facerēt. Nā et nos
hodie accipim⁹ visibile abū: s̄ aliud
ē sacm. aliud v̄tus saci. Q̄ m̄lti de
altai accipiūt et moriūt: t̄ accipiēdo
moriūt. V̄n d̄ apls. Iudiciū sibi man
ducat t̄ bibit. Nō enī buccella d̄nica ve
nenū fuit uide: et tū accepit. et tū acce
pit timorē ī eū itrauit. Nō q̄a malū
accepit: s̄ q̄a bonū male mal⁹ accepit.

Videte ḡ fr̄es panē celeste spūale māducaere:
inoretia ad altai apportare. Petra et si sūt
cotidiana ul nō sūt mortifera anq̄ ad altai
accedatis: attēdit qd̄ dicatis. Dimitte nob̄
debita nr̄a: sicut et nos d̄ctm⁹ debitorib⁹
nr̄is. Dimitte d̄ctetur tibi. Debitus accē
de panis ē. nō venenū. Sed uide si d̄ctus.
Nā si nō dimitte mētis: et ei mētis q̄
nō fallis. Mentiri dō potes: fallē deū non
potes. Prout ille qd̄ agat: itus te videt.
Itus te examiat itus īspiat: itus iudicat.
Itus aut dāpnat aut coronat. P̄es at istoz
idz mali p̄es maloz īfideles p̄es īfidelīū.
murmuratores p̄es m̄mutatoz. Nā de illa
te magis deū offendisse ille p̄ls d̄ctus est.
q̄ cōtra deū m̄murādo. Idō et d̄ns volens
eos ostendē talīū filios. hinc ad eos cepit.
Qd̄ m̄muratis iūce m̄muratores
fily m̄muratoz: P̄es v̄n māna mādu
cauerūt et mortui sūt. nō q̄a malū erat
māna: s̄ q̄a male māducauerūt. Hic ē
panis q̄ de celo descendit. Hic panē siḡifi
cauit māna: hūc panē siḡificauit altai
dei. Sacramēta illa fuerūt. ī signis d̄ctis
sūt. ī te q̄ siḡificat paria sūt. Audi aplm.
Nolo enī vos inq̄t ignorāe fr̄es q̄a p̄es n̄i
oīs sub nube fuerūt et oīs mare trāsie
rūt: et oīs ī moyse baptizati sūt ī nube et
ī mari. et oīs eandē estā spūale māduca
uerūt. Spūale v̄tqz eandē: nā corpalem
alterā. Quā illi māna: nos aliud: spūale
v̄o eādē qm̄ nos. s̄ p̄es nr̄i: nō p̄es illoz
quib⁹ nos siles sum⁹. nō quibus illi siles
fuerūt. Et adiūgit. Et oīs eūdē potū spū
ale biberūt. Aliud illi aliud nos. s̄ s̄p̄e
visibile. qd̄ tū hoc idē siḡificaret v̄tū spū
rituali. Quō enī eūdē potū: Bibeant
inq̄t de spūali: sequi petra. petra at erat
xp̄s. Inde panis in potus. Petra xp̄s in
signū. Verus xp̄s et ī verbo t̄ ī carne.
quō biberūt: Passa ē petra de v̄ga l̄is.
Semina p̄cussio duo ligna r̄tas siḡificat.
Hic ē ḡ panis de celo descendēs: ut si q̄s
ex ip̄o māducauerit nō moriat. Nō qd̄
p̄net ad v̄tū saci: nō qd̄ p̄net ad
visibile sacm. Qui māducat itus non
foris: q̄ māducat ī corde. nō q̄ p̄mit den
te. Ego sū panis viuus: q̄ de celo descēdi.
Idō viu⁹: q̄a de celo descēdi. De celo des
cendit et māna: s̄ māna v̄mbra erat iste
v̄tū est. Si q̄s māducauerit ex hoc panē
v̄uet it̄nū. Et panis quē ego dabo caro

mea ē pro mundi vita. Hoc qm̄ capet caro qd̄ dixit panē carnē: Vocatur caro qd̄ nō capit caro: et idō magis nō capit caro. qā vocatur caro. Hoc ei exhoruerūt: h̄ ad se ml̄m eē dixerūt. hoc nō posse fieri putauerūt. Caro mea ē inqt̄ p̄ mundi vita. **A**ozūt fideles corp̄ xp̄i: si corp̄ xp̄i eē nō negligat. fiant corp̄ xp̄i si volūt viue de sp̄u xp̄i. De sp̄u xp̄i nō viuet nisi sit corpus xp̄i. **I**ntelligite fr̄es mei qd̄ dixi. Homo es et sp̄m habes et corp̄ habes. **S**p̄m dico q̄ aīa vocatur: qua cōstat q̄ homo es. **C**onstat enī hō ex aīa et corpe. **H**abes itaq; sp̄m iuisibile: corp̄ visibile. **D**ic m̄ qd̄ ex quo uiuat. **S**p̄us tuus uiuat et corpe tuus: an corp̄ tuū ex sp̄u tuo. **R**ndet om̄s q̄ uiuat. **Q**ui at̄ hoc nō p̄t t̄ndē: nescio si uiuat. **E**d t̄ndet om̄s q̄ uiuat: **C**orp̄ uiuat de sp̄u meo. **V**is ḡ et tu uiuere de sp̄u xp̄i. **I**n corpe esto xp̄i. **N**ūqd̄ enī corpus meū uiuat de sp̄u tuo. **N**on uiuat de sp̄u meo: et tuū de tuo. **N**ō p̄t uiuere corp̄ xp̄i: nisi de sp̄u xp̄i. **I**n est q̄ expones nobis ap̄ls paul̄ h̄c panē: un̄ panis inqt̄ unū corp̄ ml̄ti sum̄. **S**acramētū pietatis: o signū unitatis. o uicū caritatis. **Q**ui uult uiuere h̄c ubi uiuat: h̄c un̄ uiuat. **A**ccedat credat: uiuat i dō. **D**e deo icorpet: ut uiuificet. **N**ō abhorreat a cōpage mēbroz: nō sit pute mēbrū. qd̄ refectū meāt: nō sit distortū de q̄ erubescat. **S**it pulch̄ sit ap̄ū sit sanū hercat corpi: uiuat deo de deo. **A**ut laboret i terra: ut postea regnet i celo. **I**ugabāt at̄ iudei ad iuicem dicētes. **Q**uō p̄t hic nob̄ dare carnē suā ad māduandū. **I**ugabāt utiq; ad iuicē: qm̄ panē cōcordie nō itelligebāt. ne sumere uolebāt. **N**ā q̄ māducat tale panē nō litigat ad iuicē: qm̄ unus panis unū corp̄ ml̄ti sum̄. et p̄ h̄c fāt de i unius moris nō litare i domo. **E**t at̄ ad iuicē litigātes q̄rūt quo possit dñs carnē suā dare ad māduandū: nō statū audiūt. s̄ ad h̄c eis d̄. **A**mē amē dico uobis nisi māducaueritis carnē filij hoīs et bibeitis ei⁹ sanguēz: nō habebitis uitā in uobis. **Q**uōquidē edatur: et q̄s nā mod⁹ sit māducati istū panē ignoratis. **B**eruptū nisi māducaueritis carnē filij hoīs et bibeitis ei⁹ sanguēz: nō habebitis uitā in uobis. **H**ic nō utiq; cadauerib⁹: s̄ uiuentib⁹ loq̄batur. un̄ ne istā uitā itelligētes de hac re litiga-

ret: secut⁹ aduēit. **Q**ui māducat meam carnē et bibit meū sanguēz: h̄c uitā eternā. **H**ac ḡ nō h̄c q̄ istū panē nō māducat: n̄ istū sanguēz bibit. **N**ā ip̄ale uitā sine illo h̄c hoīs possūt: etnā uō oīno nō possūt. **E**t q̄ māducat ei⁹ carnē et bibit ei⁹ sanguēz h̄c uitā etnā. **Q**ui ḡ eius nō māducat carnē nec bibit ei⁹ sanguēz: nō h̄c i se uitā. **A**d utiq; at̄ t̄ndz qd̄ dixit eternā. **N**ō ita ē in hac esta: qm̄ sustetade h̄c ip̄alis uite cā sumim⁹. **N**ā q̄ eā non sup̄serit nō uiuet: n̄ t̄n q̄ eā sup̄serit uiuet. **F**ieri ei p̄t ut senio ul̄ morbo ul̄ aliq̄ casu pl̄m̄ et q̄ eā sup̄serit moriat̄. **I**n h̄c uō abo et potu idz corpe et sanguē dñi nō ita est. **N**ā et q̄ eā non sumit nō h̄c uitā: et q̄ eā sumit h̄c uitā. et h̄c utiq; etnā. **H**ic itaq; abū et potū sonetate uult itelligi corp̄is et mēbroz suor̄ qd̄ est. **S**it etnā i p̄destinatis et uocatis et iustificatis et gl̄ificatis s̄as et fidelib⁹ eius. **Q**uoz̄ p̄mū iā s̄m̄ ē idz p̄destinatio: s̄dm̄ et t̄rtū s̄m̄ est et fit et fiet idz uocatio et iustificatio. **E**t t̄n uō n̄c i spe est. i re at̄ futurū ē idz gl̄ificatio. **H**uius rei sacramētū idz unitatis corp̄is et sanguē xp̄i alicubi cotidie: alicubi certis iternallis dietū i dñica mēsa p̄atur. et de mēsa dñica sumit: q̄busdam ad uitā q̄busdā ad exiū. **R**es uō ip̄a cuius sacramētū ē om̄i hoī ad uitā: n̄lli ad exiūm q̄iq; ei⁹ p̄iceps fuit. **N**e at̄ putaret sic i isto abo et potu p̄mitti uitā etnā: ut qui eā sumit iā nō corpe moreretur. **H**ic cogitacōi digitus ē occurrē. **N**ā cū dixisset q̄ māducat meā carnē et bibit meū sanguēz h̄c uitā etnā: cōtinuo sbieat. **E**t ego resuscitabo eū in nouissio die: ut h̄cat interī s̄dz sp̄m uitā etnā. in requie q̄ s̄dz sp̄s suscipit. **Q**d̄ at̄ ad corp̄ attinet nec eis uitā eterna fraudet: s̄ in resurreōne mortuozū i nouissio die. **C**aro enī mea inqt̄ uē ē ab⁹: et sanguē me⁹ uē ē potus. **C**ū enī abo et potu id appetat hoīs ut nō esuriat neq; siciat: h̄c ueraciter nō p̄stat nisi iste ab⁹ et potus. qui eos a q̄bus s̄ntur imortales et icorruptibiles faciat idz societas ip̄a s̄dz ubi parerit et unitas plena atq; p̄fā. **P**tea q̄pe sic eāā an̄ nos h̄c itellegerūt hoīs dei dñs n̄c dñs xp̄s corp̄ et sanguēz suū i eis rebus cōmēdauit q̄ ad unū aliqd̄ rediguntur ex ml̄tis. **N**āq; aliud i unū ex ml̄tis granis cōfiat: aliud i unū ex ml̄tis acinis q̄fluit.

Denique iam exponit quo id fiat quod loquitur
 et quod sit manducatio corporis eius et sanguis eius
 bibere. Cui manducat meam carnem et bibit
 meum sanguinem in me manet et ego in eo.
 Hoc est ergo manducatio illa eterna et illud bibere po-
 tu in christo manere et illud manente in se habere:
 ac per hoc quod non manet in christo et in quo non
 manet christus, pauldubio nec manducat eius
 carnem nec bibit eius sanguinem: eadem si tate
 rei faciem ad iudicium sibi manducat et bibit.
 Dicit misit me pater vivens inquit: et ego vivo
 propter patrem. Et qui manducat me et ipse vi-
 vet pro me. Non ait sicut manduco patrem et
 ego vivo pro patre: et qui manducat me et
 ipse vivet pro me. Non enim filii participatione
 patris fit melior quam est natura equalis: sicut
 participatione filii per unitatem corporis eius et
 sanguinis fidelis homo fit melior. Quod illa
 manducatio et potatio significat: nos efficit
 meliores. Vivimus ergo nos per ipsum mandu-
 cantes eum id est ipsum accipientes vitam eternam
 quam non habebamus ex nobis. Vivit autem ipse
 pro patre missus ab eo: quia semetipsum exina-
 nuavit factus obediens usque ad mortem crucis.
 Si enim scimus id accipimus vivimus pro patre quod ali-
 bi ait pater maior me est sicut nos vivimus
 pro ipso quia maior est nobis. hoc ex eo quod
 missus est factus est. Missio quippe eius exinatu-
 tio semetipsum est. et forme servum acceptio:
 quod recte intelligitur servata etiam filii cum patre
 equalitate nature. Maior est enim pater filio:
 sed equaliter habet dominum filium. cum idem ipse sit et deus
 et homo: dei filius et hominis filius unus christus deus.
 In qua sententia si recte accipiuntur haec verba ita
 dicit: sicut misit me pater et ego vivo pro pa-
 tre. et qui manducat me et ipse vivet pro me.
 Ac si dicitur. Ut ego vivam pro patre id est ad
 illud tamquam maiorem referam vitam meam exinan-
 tio mea fecit in qua me misit. Ut autem quisque
 vivat pro me. participatio facta est qui manducat me.
 Ego iniquitatem vivit pro patre: ille erectus
 vivit pro me. Si autem ita dicitur est vivo pro patre:
 quia ipse de illo non ille de ipso est. sine detrimen-
 to equalitatis dominus est. Nec tamen dicitur et qui
 manducat me et ipse vivet pro me. eadem natura
 et sua equalitate significavit: sed gratia media-
 toris ostendit. Hic est panis qui de celo descendit:
 ut illud manducando vivamus. quia eterna vita
 ex nobis habere non possumus. Non sic manduca-
 verunt inquit patres veterum manna: et mortui sunt.
 Cui manducat hunc panem vivet eternum.
 Et ergo illi mortui sunt ita vult intelligi ut non

vivat eternum. Nam qualem et huius profecto more
 tur qui ipsum manducat: sed vivit eternum quia
 ipse est vita eterna. *Explicit s. xxvii. Incipit
 xxviii. ab eo quod scriptum est. Hec dixit in syna-
 goga docens sabbato in capharnaum: ut
 quod ille enim erat traditurus eum.*

Uerba domini ex evangelio quae hinc
 pristinum consequuntur audimus.
 Hinc sermo debet auribus
 et mentibus vestris: et hodie
 diei non oportet. Est enim
 de corpore domini quod dicebat se
 die ad manducandum pro vita eterna. Exposuit
 autem modum attributionis huius doni sui quod di-
 cet carnem suam manducate dices. Cui mandu-
 cat carnem meam et bibit sanguinem meum in me
 manet et ego in eo. Dignum quia manducavit
 et bibit hoc est. Si manet et manet: si hinc
 et inhabitavit: si hinc ut non deserat. Hoc ergo nos
 docuit et ammonuit mysticas vobis ut simus
 in eius corpore sicut ipse capite in membris eius ede-
 tes carnem eius non relinquentes unitatem eius.
 Sed quia advenit plures non intelligendo scandalu-
 zati sunt. Non enim cogitabat hinc audiendo nisi
 carnem quae erat. Aplos autem dicit et vni dicit. Sape
 per carnem mors est. Carnem suam dicit nobis dominus
 manducate: et sapes per carnem mors est. Cum de
 carne sua dicit quia ibi est vita eterna: ergo nec
 carnem sapere debemus sed carnem sicut in hinc
 vobis. Multi itaque audientes non ex unius hinc
 ex discipulis eius dixerunt. Durus est hinc sermo quod
 potest eum audire: Si discipuli dicitur hinc
 sermo: quod unius: et tamen si oportebat ut
 diceretur: quod non ab omnibus intelligitur. Sermonem
 dei intentos debet facere: non aduersos. Ista autem
 cito desererunt: tunc loquitur dominus ihesu. Non tunc
 viderunt aliquid magnum dicente: et vobis illis
 aliquid gratia cooperientem. Hinc per ut voluerit
 ita intellexerunt et more hominum: quia poterat ihesus
 aut hinc disponebat ihesus carnem qua idem erat
 vobis veluti coacta distribuere credentibus se.
 Durus est inquit hinc sermo: quod potest eum audire.
 Dicit autem ihesus apud semetipsum quia miraretur
 discipuli eius de eo: sicut enim apud se ista dixerunt
 ut non ab illo audirentur. Hinc ille qui eos novit
 in seipis audies apud semetipsum respondit et
 ait. Hoc vos scandalizat: quia dixi carnem
 meam do vobis manducate et sanguinem meum
 bibere. Hoc vos nempe scandalizat: Si ergo
 videritis filium hominis ascendentem ubi erat
 prius. Quod est hoc: hinc soluit quod illos mo-

uerat: hic apertum un fuerat scandalizati.
 Hinc plane si intelligeret. Illi ei putabat
 eum cognatum corpore suum: ille autem dixit se asce
 surum in celum utique integrum. Cum uideritis filium
 hominis ascendente ubi erat prius. certe uel tunc
 uidebitis quia non in eo modo quo putatis erogatur
 corpus. Certe uel tunc intelligetis: quia gratia eius
 non consistit in moribus et aut. Spiritus est qui uiuifi
 cat: caro non potest quantum. Hoc autem exponatur
 ut dominus donat illud non negligenter preterendum
 est quod ait. Si ergo uideritis filium hominis ascende
 te ubi erat prius. filius enim hominis: christus ex uir
 gine maria. Ergo filius hominis hoc cepit in terra:
 ubi carne assumpsit ex terra. Unde prophetice domini
 erat. Veritas de terra orta est. Sed sibi ergo uult
 quod ait cum uideritis filium hominis ascendente ubi
 erat prius: Nulla enim esset questio si ita dixisset:
 si uideritis filium dei ascendente ubi erat prius.
 Quod filius hominis in celo erat prius quam in terra
 cepit: Hic quidem dixit ubi erat prius quasi
 tunc non ibi esset quam hic loquatur. Alio autem loco
 ait. Nemo ascendit in celum nisi qui descendit
 de celo filius hominis qui est in celo. Non dixit erat
 filius dei: sed filius inquit hominis qui est in celo. In terra
 loquatur: et in celo se esse dicebat. Et non uia dixit
 nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo
 filius dei qui est in celo. Quo patitur non ut intelligatur
 quod etiam prius sermone commendauit caritati
 uere unam personam esse christum deum et hominem non
 duas: ne fides nostra non sit trinitas sed quater
 unitas: Christus ergo unus est. uerbum autem et caro
 unus christus. Filius dei et filius hominis unus christus.
 Filius dei spiritus: filius hominis ex tempore. in unum christum
 secundum unitatem persone. In celo erat quam in terra lo
 quatur. Sed erat filius hominis in celo: quo filius dei
 erat in terra. Filius dei in terra suscepta car
 ne: filius hominis in celo in unitate persone. Sed est
 ergo quod adiungit spiritus est qui uiuificat: caro non
 potest quantum. Dicam et. Patitur enim nos non
 contradicentes: sed nosse accipientes. O domine inquit
 bone quo caro non potest quantum cum tu dixeris
 nisi quis manducauerit carnem meam et biberit
 sanguinem meum non habebit in se uitam. An uita
 non potest quantum. Et quod sumus quod sumus
 nisi ut habeamus uitam eternam quam tu a carne
 promittis: Sed est ergo non potest caro quantum. Non
 potest quantum: sed quo illi intellexerunt. Carnem
 autem in macello uedunt: non quo spiritu uiuificat.
 Unde sic dominus est caro non potest quantum: quo domini
 est scia inflat. Jam ergo debet odisse sciam: Ab
 sic. Et quod est scia inflat: Dola sine caritate.

Ideo aduixit. Caritas uero edificat. Adde ergo
 scia caritate et uul' erit scia: non per se sed per
 caritate. Sed etiam nunc caro non potest quantum: sed
 sola caro. Accedat spiritus ad carnem: quo acce
 dat caritas ad sciam: et potest plimum. Nam si
 caro nichil potest: ubi caro non fiet ut ha
 bitaret in nobis. Si per carnem multum nobis profuit
 christus: et quo caro nichil potest. Sed per carnem spiritus
 aliquid per salutem nostram egit. Caro uas fuit. Sed
 habebat attende: non quod erat. Apoli nulli sunt.
 Quod caro iporum nichil nobis profuit: Si ca
 ro apolorum nobis profuit: caro domini potuit nichil
 potest. Unde enim ad nos sonus ubi: nisi per
 uocem carnis: Unde stilus: Unde conscriptio:
 Ista omnia opera carnis sunt: sed agitate spiritu tam
 quam organum suum. Spiritus ergo est qui uiuificat: caro
 autem non potest quantum. Sicut illi intellexerunt car
 ne: non sic ego do ad manducandum carnem
 meam. Unde uerba inquit quod ego locutus sum uobis
 spiritus et uita sunt. Diximus enim frater hic dominum
 commendasse in manducatione carnis sue et
 potatione sanguinis sui: ut in illo maneamus
 et ipse in nobis. Manem in illo autem aut sumus
 membra eius: manet autem ipse in nobis cum su
 mus templum eius. Ut autem sumus membra eius:
 unitas nos copaginat. Ut copaginet uni
 tas quod fecit nisi caritas: Et caritas dei unum.
 Apoli interrogat. Caritas inquit dei diffusa est
 in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.
 Ergo spiritus est qui uiuificat. Spiritus enim facit
 unum membra. Rec unum membra spiritus facit:
 nisi quod in corpore quod uergetur ipse spiritus iuene
 rit. Nam spiritus qui est in te o homo quo constas
 ut homo sis. nunquam uiuificat membra quod separata
 iueneit a carne tua: Spiritum tuum dico aiaz
 tua. Anima tua non uiuificat nisi membra
 tua quod sunt in carne tua: quam si tollas iam
 ex anima tua non uiuificat: quia unitati corporis
 tu non copulat. Hec dicit ut amemus
 unitatem: et timeamus separationem. Nichil enim sic
 debet formidare christianus: quam separari a corpore
 christi. Si enim separatur a corpore christi: non est me
 brum christi. Si non est membrum eius: non uergetur
 spiritu eius. Et scis autem inquit apoli spiritum christi non
 habet. hic non est eius. Spiritus ergo est qui uiuificat:
 caro non potest quantum. Verba quod locutus sum
 uobis: spiritus et uita sunt. Sed est spiritus et uita
 sunt: Spirituali intelligenda sunt. Intellexisti
 spiritualiter: spiritus et uita sunt. Intellexisti car
 naliter: etiam scilicet illa spiritus et uita sunt. sed
 tibi non sunt. Sed sunt quodam inquit in uobis quod
 non credunt. Non dixit sunt quodam in uobis quod non

intelligit: s̄ cam dicit q̄re nō intelligant.
Sūt eī quidā i vobis q̄ nō credūt: et idō nō
 intelligūt q̄a nō credūt. **N**ō h̄a eī dicit. **N**isi
 credideris nō intelligēs. **P** fide copulam̄:
 p̄ tellōm̄ viuificam̄. **P**us heretam̄ p̄ fide
 ut sit qd̄ viuificet p̄ tellōm̄: nā q̄ nō heret
 resistit. **Q**ui nō resistit nō credit. **N**ā qui
 resistit quō viuificat: **A**disarius ē radio
 lucis: quō penetrat. **N**ō auertit acie: sed
 claudit mētē. **S**ūt ḡ qd̄a q̄ nō credūt. **C**redūt
 et apīat: apīant et illuīabūt. **B**acbat eī
 ab iūao d̄s q̄ eēt accedentes: et q̄s traditū
 eū eēt. **I**bi eī erat et iudas. **N**ā qd̄a scādali
 zati sūt. **I**lle at̄ māsit ad īsidiādū: nō ad ī
 telligēdū. **E**t q̄a idō māserat: nō de illo tacuit
 d̄s. **N**ō illū expressit: s̄ n̄ siluit. ut om̄s
 timeret q̄ ius vnus periret. **S**z postea q̄
 dixit et distinxit credētes a nō credēb̄: et
 pressit tam̄ q̄re nō credūt. **P**osterea dixi
 vobis q̄a nemo p̄t venire ad me. nisi fuit
 ei datū a p̄re meo. **E**rgo et credē datur no
 bis. **N**ō enī nichil ē credē. **S**i eī aliquid
 magnū ē credē: gaudes q̄a credidisti. s̄
 noli extolli. **E**d enī habes qd̄ nō accepis
 ti: **E**t hoc ml̄u discipulōz eī abierūt re
 tro: et iā tū illo nō ambulauerūt. **A**bierūt
 retro: s̄ p̄ sathana nō p̄ xpm̄. **N**ā aq̄n
 d̄s xps petō aplm̄ appellauit sathana:
 magis q̄a volebat p̄cedē d̄z sūū. **C**ōsiliū
 d̄e ne morēt ille q̄ veniat ut morēt: ne nos iet̄
 morēm̄. **E**t ait illi. **H**edi p̄ me sathanas:
 nō eī sapiē q̄ dei sūt. s̄ q̄ sūt hoīs. **N**on
 illū repulit retro retroite p̄ sathana
 et appellauit sathana: s̄ fecit p̄ se ire ut
 nō eēt sathanas ābulādo p̄ d̄nm̄. **I**sti
 at̄ sic redierūt retro. quō de q̄busdā seim̄s
 dicit apl̄s. **Q**uedā eī cōuerse sūt retro p̄
 sathana. **V**ltēi tū illo nō ambulauerūt.
Ecce p̄asi a corpe vitā pdiderūt: q̄a forte
 i corpe n̄ fuerūt. **I**nt̄ nō credētes + ipi
 deputādi sūt. q̄uis discipuli dicent̄. **A**bierūt
 retro: nō pauca s̄ ml̄u. **H**oc fortasse est
 fōm̄ ad cōsolatioē: qm̄ aliq̄n̄ cōtingit ut
 dicat hō v̄m̄. et qd̄ dicit nō capiat: atq̄
 illi q̄ audiūt scādali zent̄ + discedat. **P**e
 nitet at̄ hoīez dixisse qd̄ v̄m̄ ē. **D**icit enī
 apud se hō. **N**ō debui sic dicē: nō debui
 h̄o dicē. **E**cce d̄no cōtingit. **D**icit + pdidit
 ml̄tos: remāsit ad paucos. **S**z nō turba
 batur ipē: q̄a ab iūao nouerat et q̄ credē
 tes eēt. et q̄ nō credentes. **N**os si nobis
 cōtingat p̄turbam̄: solaciū i d̄no iūei

amus. et tū caute v̄ba diuam̄. **A**iq̄ ille ad
 paucos q̄ māserat. **D**ixit ḡ ihs duodecī
 illis duodecī q̄ remāserūt. **N**ūqd̄ et vos
 vultis inq̄t̄ ite: **N**ō discessit nec iudas. **S**z
 q̄re manebat d̄no iā apparebat: nobis post
 ea māfestū est. **R**ndit pet̄ p̄ om̄ib̄: v
 nus. p̄ ml̄tis: vnitas p̄ vnūsis. **R**ndit ḡ
 ei symon pet̄. **D**ne ad q̄ ibim̄? **R**epel
 lis nos a te. da nobis alterū te ad q̄ ibim̄.
Si a te recedim̄: i ad quē ibim̄? **V**erba vi
 te etne habes. **V**idete q̄admodū pet̄ d̄ate
 dō: recreate spū sc̄o itellexit. **V**nde i nisi
 q̄a credidit: **V**erba vite etne habes. **V**itā eī
 etnā habes i m̄stratioē corpis et saguis
 tui: et nos credidim̄ et cognouim̄. **N**on
 agnouim̄ et credidim̄: s̄ credidim̄ et cog
 nouim̄. **C**redidim̄ eī ut agnosceremus. **N**ā
 si p̄us agnosce deū crede vellem̄: n̄ cog
 nosce nec crede valem̄. **E**d credidim̄ et
 qd̄ cognouim̄? **E**ra tu es xps fili dei id̄
 q̄a ip̄a vita etnā tu es. et nō das i carne et
 in saguē tuo nisi qd̄ es. **A**it ḡ d̄s ihs.
None ego vos duodecī elegi: et vn̄ ex vob̄
 dyabol̄ ē. **E**go xi. elegi dicēt: an̄ eligit
 dyabol̄. et i clās ē dyabol̄. **E**t i laude
 solet dia. **A**n̄ elūs ē iste: de q̄ nolente et
 ne sc̄ete magnū aliqd̄ boni fiet. **H**oc est
 p̄riū dei gr̄iū inq̄s. **B**icut eī iūqui male
 v̄tūtur bonis opib̄ dei: sic cōtra deū bene
 v̄tūtur mal̄ opib̄ hoīm̄ iūquoz. **Q**m̄ bonū
 ē mēbra corpis ita eē: q̄admodū disponi nō
 p̄t̄ nisi ab artifice dō. **P**etulantia tū qm̄
 male v̄tūt ocl̄s: fallacia qm̄ male v̄tūt
 ligua. **F**alsus testis nōne ligua sua + aīa
 pus trucidat: et altm̄ ledē se p̄empto co
 natur: male v̄tūt ligua: n̄ idō malū est
 ligua. **O**pus dei ē ligua: s̄ bono ope dei
 male v̄tūt illa neq̄cia. quō v̄tūtur pedib̄
 q̄ currūt ad sceletra: quō v̄tūtur m̄ibus
 homicide. **E**t illis adiacētib̄ forisecus boīs
 creatoris dei qm̄ male v̄tūtur mali: auto
 corrupit iudicia. inocētes opprimūt. **L**uce q̄
 ta mali male v̄tūt. **M**ale eī viuēdo eā
 ip̄az lucē qua vidēt ad m̄steriū suoz sce
 lerū vsurpāt: iens ut faciat aliqd̄ mali
 malus: lucē sibi vlt̄ ne offendat. q̄ iam
 itus offendit et cecidit. **E**d timet i corpe:
 iā iacrit i corde. **O**m̄ib̄ ḡ boīs dei ne
 p̄ singla tūcē logū sit. male v̄tūt mal̄.
Cōt̄ malis hoīm̄ maloz: b̄n̄ v̄tūt bonus.
Et qd̄ tā bonū q̄ vn̄ deus: quāde ip̄e d̄s
 dixit. nemo bon̄ nisi vnus deus. **E**t

g^o ille melior: tato melius vitur et mal
 nis. **E**o iuda peius. Inter om̄s adhēntes
 m̄gro: iter duodecā loculi ei com̄ssi sūt.
 et dispesatio paupm distributa: ignavis
 tato bñficio. honori tato: accepit peūam.
 p̄didit iusticiā. Tradidit vitā moru: q̄
 ut discipul⁹ fecit. ut timic⁹ p̄fecit est.
Con hoc malū iude: s; malo eius bñ vs⁹
 ē dñs. **T**radi se p̄didit ut redimet nos. Ecce
 malū iude i bonū cōuersū est. **S**athanas
 q̄tos m̄tates p̄fecit ē: **S**i sathanas p̄se
 q̄do cessat: hodie tā glōsā coronā s̄a lau
 reā nō celebraem⁹. **S**i g^o ip̄i dyabli mal
 opib⁹ bñ vitā deus: q̄ fat mal⁹ male v
 tendo sibi nocet. nō boitau dei cōraduat.
Artifex illo vit⁹: et magn⁹ artifex. **S**i illo
 vit nō nosset: n^o eū eē p̄mittet. **E**rgo vnus
 ex vobis dyabol⁹ ē ait: cū ego vos duodecā
 elegeri. **P**t et sic itelligi q̄d ait duodecā
 elegeri: q̄a sacatus ē nūs. **N**ō q̄a perit in
 vnus ido illi⁹ nū honor deptus ē. nā in
 loū peūas ali⁹ s̄rogat⁹ ē. **M**asit nūs
 cōsecrat⁹ nūs duodenari⁹: q̄a p̄ vnūsum
 mūdū h^o ē p̄ q̄tuor cardies mūdi fuerat
 sc̄az t̄ntatem anūtiaturū ido q̄ternū. **D**e
 g^o extimauit iudas: nō duodenariū nūm
 violauit. **I**p̄e deseruit p̄ceptore: nā de⁹ illi
 apposit⁹ successorē. **H**oc totū q̄d dñs de car
 ne et s̄guie suo locut⁹ ē. et q̄d in distribu
 tiōis ei⁹ grā vitā nobis p̄misit etnā: et q̄d
 hic voluit itelligi māducatoēs et potato
 res carnis et s̄guis sui. ut i illo maneat
 et ip̄e i illis: et q̄d nō itellerēt q̄ nō ce
 diderūt. et q̄d spūalia carluter sapiēdo sc̄a
 dalizati sūt. et q̄d eis sc̄adalizantib⁹ p̄u
 tib⁹ cōsolatioi dñs affuit discipulis q̄ remā
 ferat: ad q̄s p̄bandos itterrogauit. nū q̄d
 et vos vltis abire: ut r̄nsio p̄māsiōis cor
 moteset nobis. nā ille nouerat q̄a manē
 bat. **H**oc totū g^o ad h^o nobis valeat dilaf
 simi: ut carne xpi et s̄guiez ei⁹ nō edam⁹.
 t̄m i sacimento q̄d t̄ nūti mali. s̄ad spūs
 p̄ticipatiōē māduce⁹ et bibam⁹. ut i cor
 pore dñi t̄p̄ mēbra manea⁹: ut ei⁹ spū
 vegetem⁹. et nō sc̄adalizemur etiā si mlti
 mō nobisai māducat et bibūt t̄paliter
 sacca: q̄ hebūt i fine etna tormenta. **E**o
 ei⁹ coz p̄ xpi m̄xtū ē tāq̄ arca: s; nouit
 dñs q̄ sūt ei⁹. **S**i tu nosti trituras. q̄a ibi
 ē latēs massa. n^o cōsumit trituratio q̄d
 purgatura ē ventilatio. **C**erti sum⁹ fr̄es.
 q̄a om̄s q̄ sum⁹ i corpe dñi. et maneam⁹

i eo ut et ip̄e maneat i nobis: i hoc sc̄o
 nate h̄em⁹ usq; i fine int̄ malos viuere.
Nō inter illos dico q̄ blasphemāt xpm.
Karo enī iā t̄ueniūt q̄ ligua blasphemāt:
 s; mlti q̄ vita. **A**ccē ē g^o ut iter illos usq;
 i fine viuam⁹. **S**i q̄d ē q̄d ait: i q̄ manet
 i me et ego i eo: **Q**uid nisi q̄d martires
 audiebāt: q̄ p̄seuauēt usq; i fine hic
 salu⁹ erit: **Q**uo māsit i illo s̄ais laurē
 aus: au⁹ hodie festa celebra⁹: **M**asit
 usq; ad teptatiōez: māsit usq; ad tyran
 nicā itterrogatiōez. māsit usq; ad acerti
 mā cōmūatiōez: māsit usq; ad penptiōez.
Parū ē usq; ad imane exarūatiōē mā
 sit. **N**ō enī omissus ē t̄to: s; auuat⁹ ē in
 igne. **D**iu viuē p̄missus ē. imo nō diu
 viuē p̄missus ē. s; tarde mori cōp̄d̄sus
 ē. **I**n illa g^o lōga morte i illis tormētis
 q̄a bñ māducauēt et bñ bibēat: tāq̄
 i illa esca s̄agiatus i illo calice ebruis
 tormēta nō sensit. **I**bi enī erat q̄ dixit **I**p̄s
 ē q̄ viuificat. **C**aro enī ardebat: s; sp̄s auaz
 vegetabat. **N**ō cessit: et i regnū successit
Dixit at illi s̄ix⁹ m̄rtis s̄ais: au⁹ die
 q̄nto ab hic retro die celebraui⁹. **N**oli me
 rere fili. **E**p̄us enī erat ille: iste dyaconus.
Noli mere inq̄: sc̄aris me p̄ t̄duū. **T**riduū
 at dixit mediū iter die passiois s̄a s̄ix⁹: et
 die hodieue passiois s̄a laurenz. **T**riduū
 ē mediū. **C**ōsolatio. **N**ō ait noli mere fili
 desinet p̄secutio et sc̄arus eris: s; noli me
 rere. q̄m ego p̄cedo tu sc̄aris: nec cōsecutio
 tua differetur. **T**riduū mediū erit: et meū
 eris. **A**ccipit orandū vitā dyabolū: p̄ueit
 ad triūphū. **E**xpl̄c⁹ s. xxv. **I**ncipit xxv.
Ab eo q̄ scriptum est. post hec ambula
 uit ihesus in galilea: nō enī volebat in
 iudeā abulare. usq; ad id nō in palā
 loq̄bat de eo p̄ metū iudeoz.
In isto euāgely caplo fr̄es dñs n̄
 ih̄s xps sc̄dm hoiez se plimū cō
 medauit fidei n̄e. **E**tenī sp̄ hoc
 ait d̄as et s̄ais suis: ut t̄ deus
 credat et h̄o. **D**eus q̄ nos fecit:
 h̄o q̄ nos q̄siuit. **D**e⁹ cū p̄re sp̄:
 h̄o nobisai ex t̄pe. **N**ō enī q̄ret q̄ fecerat:
 nisi fiet ip̄e q̄d fecerat. **V**erū h^o mem̄tote:
 et de cordib⁹ v̄ris nolite d̄ittere sic ē xpm
 hoiez sc̄m. ut nō destitit de⁹ eē. **M**anens
 de⁹ accepit hoiez q̄ fecit hoiez. **E**nī g^o la
 tuit ut h̄o: nō potenaā p̄didisse putād⁹
 ē. s; exēplū ifirmitati p̄buisse. **I**lle enī



quā voluit detentus ē. quā voluit occisus est.
 Sed quā futura erat mēbra ei⁹ idē fideles
 eius: q̄ nō hēnt illā p̄tate. quā hēbat ip̄e
 dñs n̄r q̄ latebat q̄ se tāq̄ ne occideretur
 occultabat. Hoc idē dicit fūta eē mēbra sua
 i q̄bus vtiq̄ mēbris suis ip̄e erat. Nō enī
 xps i capite et nō i corpe. Qd̄ ḡ mēb̄ ei⁹
 ip̄e: qd̄ at ip̄e. nō cōtinuo mēbra eius. Nā
 si nō ip̄i eēnt mēbra ei⁹ nō dicent. Aude
 qd̄ me p̄sequis. Nō enī saul⁹ ip̄m s̄ mēbra
 eius idē fideles ei⁹ i t̄ra p̄sequat. Voluit
 tū dicit sc̄os meos seruos meos: postmo hono
 rabili⁹ fr̄es meos. s̄ me. h̄ ē mēbra mea q̄b⁹
 ego sū caput. h̄ys p̄dās puto nos i hoc a.
 qd̄ mō lōm ē nō eē laboraturus. Repe enī
 significatū est i capite: qd̄ futurū eat i corpe.
 Post h̄ inq̄t ābulauit ihs i galilea: non
 ei volebat i iudeā ābulare. q̄a q̄rebat eū
 iudei iterficē. hoc ē qd̄ dixi: ifirmitati
 n̄rē p̄bebat exēplū. Nō ip̄e p̄uideat p̄tate:
 s̄ n̄rāz cōsolabat fragilitate. futurū ei
 erat ut dixi: ut aliq̄s fidelis ei⁹ absconderet
 se. ne a p̄secutorib⁹ iuēretur: et ne illi p̄
 crimine obicēt latibulū. p̄cessit i capite.
 qd̄ i mēbro cōfirmat. Sic enī dñm ē. nō
 lebat i iudeā ābulare. q̄a q̄rebat eū iudei
 iterficē. q̄i nō posset ip̄s et iter iudeos ā
 bulare: et nō oradi a iudeis. h̄ac ei potēz:
 quā voluit demonstrat. Nā tū eū iā passu
 rū tenē vellēt aut illis. Quē q̄ritus: h̄ndert.
 Ihs. Et ille. Ego sū. nō occultas se sed
 māifestans. Ad eā tū māifestatōez illi nō
 s̄bsisterūt: s̄ redeūtes retro caderūt. Et
 tū q̄a pati venerat: surreperūt tenuerūt.
 ad iudicē duxerūt et occiderūt. Sed qd̄ fece
 rūt: Qd̄ ait qd̄a scriptura. Tercia data ē
 et man⁹ ip̄y: cāo data ē in p̄tate iudeis.
 et hoc p̄tēa ut q̄i saccul⁹ cōfundetur:
 vñ n̄m p̄cū manat. Erat i primo at
 dies festus iudoy stenophegia. Qd̄ sit
 stenophegia scripturas qui nouerūt lege
 rūt. faciebāt die festo tabnaula: ad fili
 tudiez tabnaclor i q̄bus habitauerāt. tū
 ex egipto educti pegrinatētur i hemo. Ite
 erat dies festus: maḡ solepnitas. Celebra
 bāt hoc iudei: velud remiscētes h̄n fiaa
 dñi. q̄ occisuri erat dñm. Hoc ḡ die festo
 q̄a plures erat dies festi: sic ei appellaba
 tur apud iudeos dies festus. ut nō esset
 dies vn⁹ s̄ plures: locuti sūt fr̄es eius ad
 xpm dñm. fr̄es eius sic accipite sic n̄ostis:
 nō ei nouū ē qd̄ auditis. Confāguinei v
 ḡinus maie fr̄es dñi dicebantur. Erat enī

cōsuetudis scripturarū appellare fr̄es q̄libz
 cōsanguineos et agnatiois p̄p̄quos: et ex
 vsū n̄m nō quo more nos loqm̄. Nā qd̄
 dicat fr̄es auūculū et sororis filiū: Nā qd̄
 tura tū etiā h̄mōi agnatioes fr̄es appel
 lat. Nā abrahā et loth fr̄es sūt dñi: tū
 eēt abrahā p̄trius loth. Et laban et ia
 cob fr̄es sūt dñi: tū eēt laban auūculus
 iacob. Cū ḡ auditis fr̄es dñi maie cōsti
 tate q̄sāguitate: nō itez p̄uenis vlla p̄a
 gine. Sicut ei i sepulchro vbi positū est
 corp⁹ dñi n̄r antea nec postea mortuus ia
 tuit: s̄ vtetus matie n̄r an n̄r postea q̄p̄
 mōrle concepit. Dixim⁹ fr̄es q̄ fuerit: au
 diam⁹ qd̄ dixerit. Transi h̄c et vade i iudeā:
 ut et discipuli tui videāt opa tua q̄ tu facis.
 Opa dñi discipulos nō latebat: s̄ istos la
 tebat. Isti ei fr̄es idē q̄sāguinei xpm
 s̄aguneū h̄c potuerūt: credē at i eū ip̄a
 p̄p̄nitate fastidierūt. Dñm ē in ewā. Nō
 ei nos h̄c audem⁹ opinari: nō audistis.
 addit et monet. Nemo ei i occulto qd̄ fāt:
 et q̄rit ip̄e in palā eē. Si h̄c facis: māifesta
 temp̄m mūdo. Et cōtinuo. Nōq̄ ei fr̄es
 ei⁹ credēbat i eū. Quāe i eū nō credēbat:
 Quā huāna gl̄az req̄rebat. Nā et qd̄ eum
 vidētur monē fr̄es: gl̄e ip̄i cōsulūt. Facis
 miabilia inotescē idē appare hoib⁹: ut lau
 dari possis ab omib⁹ loq̄batur cāo carni:
 s̄ caro sine dō carni cū deo. loq̄bat ei p̄u
 dena carnis vbo qd̄ cāo fām ē. et h̄itauit
 i nobis. Qd̄ ad h̄c dñs: Dicit ḡ ihs. Tēp⁹
 meū nodū aduenit: tps at vñm sp̄ ē patū.
 Qd̄ ē hoc: Nōdū veniat tps xpi: Quāe
 ḡ veniat tps: si tps ei⁹ nodū veniat:
 Nōne audim⁹ aplm̄ dicēte: cū at venit
 plēitudo tps. misit de⁹ filū suū: Si ḡ
 plēitudo tps misit ē q̄n debuit missus ē.
 q̄n oportuit v̄it. Qd̄ ē tps meū nodū ve
 nit: Intelligite fr̄es quo aīo illi loq̄bat:
 q̄a q̄i fr̄em suū monē videbat. Dabat illi
 cōsilū cōsequē gl̄ie: veluti scl̄cti et t̄re
 no aff̄u monētes ne eēt ignobil et lati
 taret. Qd̄ ḡ ait dñs: tps meū nodū v̄it.
 illis t̄ndit q̄ ei cōsilū de gl̄a dabat. Tēp⁹
 gl̄ie mee nodū v̄it. Videte q̄ p̄fidū sit. de
 gl̄a illi amonebat: s̄ ille voluit altitudi
 nē hūilitate p̄cedē. et ad ip̄az celsitudinē
 p̄ hūilitate viā sternē. Nā et illi discipuli
 vtiq̄ gl̄am req̄rebat: q̄ volebat sedē vn⁹
 ad dexterā ei⁹ alt ad sinistra. Attendebat
 quo. et nō videbat qua. Dñs eos ut ordi
 nate veniret ad patriā: reuocauit ad viā.

Exalta ē em̄ p̄ia: hūilis via. **P**atria ē vi-
 ta xpi: via ē mors xpi. Qui recusat viā: qd
 q̄rit p̄ia: Deniq; et h̄ illis r̄ndit q̄rētib; **A**-
 litudinē. **P**otestis bibere calicē q̄ ego bibitur;
 sū: **E**cce qua venit ad celsitudinē qm̄ deside-
 ratis. **C**alicē q̄ppe cōmēorabat hūilitatis et
 passiois. **E**rgo et h̄ tēpus meū nodū aduenit:
 tēp; at v̄m̄ id; mūdi gl̄ia sp̄ ē patū. **H**oc ē
 tēp; de q̄ in p̄ph̄a loquitur xps id; corp; xpi.
Cū accipero tēp; ego iustitias iudicabo.
Nō enī nō est tēp; iudicadi s; iūquos tolle-
 radi. **S**erat igit; nō corp; xpi ut tolleret
 iūq̄tatē male viuētū: h̄cat tū iusticiā. an-
 q̄ h̄cat iudiciū. **I**usticiā ei p̄uēiet ad iu-
 diciū. **T**olleratib; q̄ppe m̄bris iūq̄tatē sc̄li
 hui;: qd̄ s̄ptura sc̄a dicit i psalmo: **N**ō
 repellet dñs plebē suā. **L**aborat q̄ppe plebs
 eius iter idignos: iter iūq̄s. iter blasphem̄-
 m̄tes. n̄m̄ratēs. detrahētēs i sectantes:
 et si liceat p̄m̄etes. **L**aborat q̄dē: s; non
 repellet dñs plebē suā. et h̄ditatē suā nō
 delinquet: quoadusq; iusticia cōuertatur
 i iudiciū. **Q**uoadusq; iusticia q̄ nō ē in
 s̄as eius cōuertatur i iudiciū cū implet;
 qd̄ eis don̄ ē. **D**ebuit s; duodecā sedes
 iudicātes xy trib; isrl. **H**ebat iusticiā apls:
 s; nodū illud iudiciū de quo d; nescitis qm̄
 aglos iudicabi;. **H**ic g; nō tēp; iuste vi-
 uēdi: postea erit tēp; eos q̄ male viuerūt
 iudicadi. **Q**uoadusq; inq̄t iusticia cōuerta-
 tur i iudiciū. **H**oc erit tēp; iudicay: de q̄ mō
 dñs dixit. **T**ēp; meū nodū uēit. **E**rit ei
 tēp; gl̄ie: ut q̄ uēit i hūilitate uēiat i alti-
 tudinē. q̄ uēit iudicad;: uēiet iudicare.
Qui uēit occidi a mortuis: uēiet uiuere
 de uiuis et mortuis. **D**eus inq̄t p̄s manu
 festus uēiet: de; n̄ et nō silebit. **Q**uod est
 manifestus uēiet: **E**cce uēit occultus. **T**unc
 nō silebit. nā qm̄ uēit occult; sicut ouis ad
 imoladū duct; ē. et sicut agn; corā tonde-
 te se nō apuit os suū. **U**ēiet et nō silebit.
Lacu aut; nūq̄d sp̄ tacebo: **N**ō at quid
 n̄cū ē eis: q̄ h̄nt iusticiā: **Q**uod i illo ip̄o
 ps legit;: quoadusq; iusticia q̄tat; ad iudi-
 ciū. **E**t qui h̄nt eā: **O**mnis tā corde. **Q**ui
 uis fortasse q̄ sint tā corde. **I**llos iūcū;
 i sp̄aura r̄os corde q̄ tollerāt sc̄li mala
 et nō accusāt deū. **V**idete fr̄es: rara auis
 ē ista quā loquor. **N**escio q; enī nō qm̄ eue-
 nit homi aliqd̄ mali. deū currit accusare
 q̄ debet se. **E**nī aliqd̄ boni agis te laudas.
Enī aliqd̄ mali patetis: dñm̄ accusas. **H**oc ē
 g; cor; tortū: et nō r̄m̄. **A** ista distortionē

et p̄uitate si corrigais: cōuertet i q̄m̄ qd̄
 faciebas. **A**ntea enī qd̄ faciebas: **L**audabas
 te i boīs dei: accusabas deū i mal̄ tuis.
Couerso corde et directo laudabis dñm̄ i
 boīs suis: accusabis te i mal̄ tuis. **I**sti s̄t
 recti corde. **D**eniq; ille nodū r̄o corde: cui
 displicebat felicitas maloz et labor bo-
 norū ait corraus. **Q**uod bon; isrl̄ de; r̄as
 corde: mei at̄ pene moti sūt pedes. **E**nī
 nō erā r̄o corde: pene cōmoti sūt pedes.
 paulom̄; effusi sūt gressus mei. **Q**uāe:
Ecce zelau i p̄corib;: pacē p̄corū itues.
Vidi inq̄t malos felices: et displicuit m̄
 de;. **H**oc ei uolebā: ut nō p̄mitteret deus
 malos felices ēē. **I**ntelligat h̄o: nūq̄ h̄
 p̄mittit de;. **S**ed idō malus felix putatur:
 q̄a qd̄ sit felicitas ignoratur. **S**im; g; r̄a
 corde: tēp; gl̄ie n̄e nodū uenit. **D**icatur a
 matorib; sc̄li hui;: q̄les erāt fr̄es dñi.
Tēp; v̄m̄ sp̄ patū est. tēp; n̄m̄ nodū uenit.
Audea; ei hoc dice + nos. **E**t qm̄ corp; dñi
 n̄i ihu xpi sum;. qm̄ m̄bra ei; sum;. qm̄
 caput n̄m̄ gratatē agnoscam;. **D**icamus
 p̄sus: qm̄ p̄ nos et ip̄e hoc dignus ē dicē.
Enī nobis insultat amatores hui; sc̄li: di-
 cam; eis. **T**ēp; v̄m̄ sp̄ patū est: tēp; n̄m̄
 nodū uenit. **N**obis ei dixit apls. **M**ortui
 estis: et uita ūra abscondita ē cū xpo i dō.
Enī uēiet tēp; n̄m̄: **C**ū xps inq̄t appue-
 rit uita ūra: tūc et uos cū ip̄o apparebitis
